Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

erga paruulos agebat affectu qui ait. filioli mei quos iterum parturio donec forme
tur xps in uobis. portam ciuitatis qua defunctus efferebatur. puto aliquem de sensib:
ee corporeis. qui enim seminat inter fratres discordias qui iniquitatem in excelsum
loquitur poris portam extrahitur mortuus. qui uiderit mulierem ad concupiscendū eam
poculorū portam suae mortis indicia pfert qui fabulis otiosis abscenis suae carminib: uel
detractionis aurem libent aperit. hanc animae suae portā mortis efficit ceterosq: qui
non seruat sensus mortis sibi ipse reddit aditus. Obsecro dne ihu cunctas meae ciuitatis
portas portas iustitiae facias ut ingressus in eas confitear nomini tuo. Tuaeq: maiestatis
cum ministris caelestib: ea crebrius inuisenti non fetor elati cadaueris occurrat. sed occu
pet salus muros illius et portas eius laudatio.

Et haec uidua erat et turba ciuitatis multa cum illa.

Uiduā ee ecclesiā omnis anima quae sponsi dni quae sui se morte redemptā meminit agnos
cit. diuino aut nutu multa dnm turba multa uiduā comitabatur ut uiso tanto miraculo
testes multi fierent di laudatores.

Quā cū uidisset dns misericordia motus super eā dixit illi noli flere.

Desiste inquit quasi mortuum flere quem mox uiuum resurgere uidebis ubi mistice noua
ti dogma confunditur qui de sua munditia supbe gloriatur humilem paenitentiū munditio
nem euacuare conatur. Uetatq: matrem ecclesiā de natorū suorū spiritali extinctione
plorantem spe uitae redonandae negat consulari debere et pulchre euangelista dnm prius
misericordia motum ee sup matrem ac sic filium suscitasse testatur ut in uno nobis exem
plum imitandae pietatis ostenderet in altero fidem mirandae potestatis adstrueret.

Et accessit et tetigit loculū hi aut qui portabant steterunt.

Loculus in quo mortuus effertur male secura desperati peccatoris conscientia ē. qui uero
sepeliendum portant uel inmunda desideria quae hominem rapiunt in interitum uel
lenocinia blandientium sunt uenenata sociorum que peccata nimirum dum fauoribus
tollunt aggere terrae obruunt. de quib: alibi dicitur. Dimitte mortuos sepelire mor
tuos suos. mortuos quippe mortui sepeliunt. cum peccatores quiq: sui similes alios hoc
cibo fauore demulcent congesta quae pessimae adulationis mole ne qua aliquando spe resur
gendi potientur opprimunt. dno ergo loculum tangente funeris baioli steterunt. quia
supni formidine iudicii adtacta conscientia et carnalium saepe affluentium uoluptatum
et iniuste laudantium turbam cohercens ad seipsam reuertitur uocanti quae ad uitam
festinat respondet saluatori. unde recte sequitur.

Et ait adulescens tibi dico surge et resedit qui erat mortuus
et coepit loqui et dedit illum matri suae.

Resid& quippe qui erat mortuus cum interna conpunctione reuiuiscit peccator incipit